Klosterneuburg, 3. Viertel 12. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1542
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



21

ut exercerent mentes querentium veritate. ⁊ spiritalis negotio an negotiis carnalibus avocet. Sic enim se continet, hic est liber generationis celi et terre cum factus est dies quo fecit dominus celum et terram ⁊ omnia viridia agri. ante quam essent super terram. ⁊ omne pabulum agri ante quam germinaret. nondum enim pluerat dominus super terram. nec erat homo qui operaretur illam. fons autem ascendebat de terra ⁊ irrigabat omnem faciem terre. Et tunc dominus finxerit hominem de limo terre ⁊ insufflavit in faciem eius flatum vite. ⁊ factus est homo in animam viventem. ⁊ tunc dominus preparavit paradysum in eden ad orientem et posuit ⁊ posuit ibi hominem quem finxerat. Et produxit adhuc dominus de terra omne lignum formosum ad aspectum ⁊ bonum ad escam. ⁊ lignum vite plantavit in medio paradysi. ⁊ lignum scientie boni ⁊ mali. Flumen autem procedebat de eden. irrigabat paradysum. inde dividitur in quatuor partes. Nomen uni phison. hoc est qui circuit totam terram evilath ibi est aurum. aurum autem terre illius est optimum. ⁊ ibi est carbunculus ⁊ lapis prasinus. Et nomen secundi fluminis geon. hoc circuit totam terram ethiopiam. Et flumen tertium tygris. hoc est qui vadit ante assyrios. Et flumen quartum dicitur eufrates. et sumpsit dominus dominus hominem quem fecerat ⁊ posuit eum in paradyso. ut operaretur et custodiret illud. Et precepit dominus deo dicens. Ex omni ligno quod est in paradyso edes ad escam. de ligno autem scientie boni ⁊ mali ne edetis ab eo. quod die enim ederitis ab eo. morte moriemini. Et dixit dominus dominus. Non est bonum hominem esse solum. faciamus ei adiutorium simile sibi. Et quecumque finxerat dominus de omni genere pecorum ⁊ de omni genere bestiarum agri. ⁊ de omni genere volatilium celi. adduxit ea ad adam. ut videret quid vocaret ea. Et vocavit ea omnia adam animam viventem. hoc est nomen eius. Et pheci vocavit adam nomina omnia pecorum ⁊ omnium avium celi. et omnium bestiarum agri. Et tamen quod vocavit ea adam. hoc est nomen eorum usque in hodiernum diem. Ipsi autem non dum fuerunt adiutorium simile illi. Et immisit dominus dominus sopore in adam ⁊ obdormivit. Et sumpsit dominus unam de costis eius. et implevit locum eius carne. Et formavit dominus dominus costam quam acceperat ab adam in mulierem. et adduxit illam ad adam. ut videret quid eam vocaret. Et dixit adam. Hoc nunc os de ossibus meis. et caro de carne mea. Hec vocabitur mulier quia de viro suo sumpta est. Et hec erit mulier adiutorio.